p Etrus vero sedebat foris in atrio: & accessit ad eum vna ancilla dicens. Et tu cum iesu galileo eras. At ille negauit coram omnibus dicens. Nescio quid dicis. Exeūte autez illo ianuā: vidit euz alia ancilla: & ait bis q erāt ibi. Et hic erat cū jesu nazareno. Et iterū negauit cū iuramēto: q̄ nō noui hoiez. Et post pusillū accesserūt q stabāt & dixerūt petro. vere & tu ex illis es: nā & loq̄la tua manifestū te facit. Tūc cepit detestari & iurare: q̄ nō nouisset hominē: & cōtinuo gallus cantauit. Et recordatus est petrus verbi iesu quod dixerat: priusq̄ gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare.

UVA. BHSC. IyR_265_2

Hic ostenditur qualiter xp̄s fuit negatus a suo discipulo per tres vices. Primo simplici verbo. Secūdo cū iuramēto. Tertio per detestationē cū iuramento. i. per execrationē quod est quādo aliquis non solū iurat per deū: sed etiā imprecatur sibimet aliquod maluz nisi id quod dicit sit verū. dicit igitur. Petrus vero sedebat foris in atrio. Nō enim petr⁹ erat simpliciter extra domū. vt iam dictū est: sed erat extra locū vbi xp̄s illudebatur: in quodā atrio in quo erat ignis accensus in medio. ꝑm ꝙ dicitur Luce. xxij. Et accessit ad eum vna ancilla. De istis negationibus petri vidētur euangeliste diuersimode scribere: maxime de secūda ⁊ tertia. quia de secūda dicitur hic ꝙ fuit ad vocez ancille. Lucas aūt dicit ꝙ fuit ad vocē hominis. Joannes aūt dicit ꝙ fuit ad vocē pluriū. Similiter de tertia dicit Joānes: ꝙ fuit ad vocē vnius qui erat cognatus illius cuius petrus abscidit auriculā. Matheus aūt hic dicit: ꝙ fuit ad vocem illorū qui astabāt. Dicendū igitur ꝙ principalis intentio euāgelistarum erat negationē trinā petri exprimere: ⁊ in hoc cōueniūt omnes euāgeliste. Exprimere aūt personas accusantes petruz non erat principalis intentio eorū: sed tantum ex accedenti. tamē non contrariātur in hoc qꝛ verisimile est ꝙ multi ad illa verba concurrebāt circa petrū: ⁊ cōsimilia verba proferebāt ipsuz accusando. ⁊ sic vnus euāgelista vnā personam nominat. alius vnaz aliā vel plures. nec est ibi falsitas ratione dicta. Videtur aūt ꝑm veritatē historie: ꝙ prima negatio sit facta ad vocez hostiarie principaliter. Secūda ad vocē illorū qui stabāt ad ignez. Fuerunt tamē excitati ab alia ancilla: propter quod matheus illā exprimit hic: ⁊ de alijs tacet. ꝙ aūt hic dicitur ꝙ facto est petro exeūte ianuā: intelligendū est sic. i. se disponēdo ad exitū: quia ad huc erat prope ignē. vt dicit Joā. sed timēs ne perciperetur volebat exire. Tertia aūt negatio acta est multis eum accusantibus: inter quos principalis erat cognatus illius cui⁹ petrus abscidit auriculā. ꝓpter quod exprimit eū Joānes: de alijs tacēdo. His dictis littera patet vsqz ad illū locum. Nam ⁊ loquela tua manifestum te facit. Licet enim lingua hebrea sit vna: tamez aliquo modo variabatur ꝑm diuersitatem prouinciarum et ideo illi de galilea aliter loquebantur aliquo modo: q̄ illi qui erant de hierusalē. sicut lingua gallica est vna: et tamen aliter loquuntur illi qui sunt de picardia. q̄ illi qui habitant parisius. et per talem varietatē potest percipi: vnde aliquis sit oriūdus. sequitur Tunc cepit detestare et iurare. In hoc significatur iuramentum per execrationem. Et recordatus est petrus. Dominus eniz respexit petrum. vt dicitur Luce. xxij. Et ex hoc petrus recordatus est de verbo christi ꝙ dixerat eum negaturum: et ad penitentiam reduct⁹ est. vnde sequitur. Et egressus foras fleuit amare. Et ex tunc petrus traxit in consuetudinem: vt a primo gallorum cantu vsqz ad horam ma

UVA. BHSC. IyR_265_2

tutinam staret in oratione: flens pro ista negatione. vt habetur in itinerario clementis. Capitulum.xxvij.

m Ane autem facto: consilium inierũt oēs principes sacerdotũ z seniores populi aduersus iesum: vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerũt eum: z tradiderunt pontio pilato presidi.

Ostenso qualiter passio xpi fuit per iudeos inchoata: hic ostenditur qualiter fuit per gētiles cōsumata. Et diuiditur in duas partes: quia primo describitur ipsius xpi crudelis occisio. Secūdo eius fidelis z deuota tumulatio. ibi Cum sero factū esset. Prima adhuc in duas: quia primo describitur ipsius xpi iniqua condemnatio. secūdo ipius sentētie inique executio. ibi Et postq̄ illuserūt ei. Prima in quattuor: quia primo describitur ipius xpi coram presidē p̄sentatio. Secūdo ipsius presentati diligēs interrogatio. ibi Jesus autē stetit. Tertio innocentie eius declaratio. ibi Per diem autem solemnem. Quarto innocens condemnatio. ibi Videns autem pilatus. Prima adhuc in duas: quia primo describitur ipsius xpi p̄sentatio. vt dictum est. Secūdo incident aliter subditur iude desperatio. ibi Tunc videns. Circa primum dicitur sic. Mane autem facto. Quia a media nocte vsq; ad illam horam illuserunt eum. conspuendo: z palmis cedendo vt visum est. Consilium inierũt. zc. Non enim ex testimonijs prebabitis habebant aliquid vnde posset accusari coram pilato sicut reus mortis: z ideo vlterius consulebant qualiter eum sic digni morte accusarent. vt patebit infra. sequitur. Et vinctus adduxerũt eum. Illi enim qui reputabantur digni morte ducebantur coram iudice ligati. Et tradiderunt pontio pilato presidi. Aliqui dicunt q̄ pilatus erat proprium nomen eius compositum ex nomine matris que dicebatur pila: et patris qui dicebatur atus. pontius autem cognomen eius: qz fuerat iude? missus a romanis ad insulam pontianam. hoc autem diffuse habetur in quadam legenda que vocatur aurea. sed quia ibi multa dicuntur de hoc que videntur prima facie falsa: que propter prolixitatem omitto. ideo aliter dicendum: q̄ pontius erat nomē eius. quod patet ex duobus: primo quia postponitur cognomen z non preponitur proprio nomini saltem decursu causa. Secūdo quia hoc nomen satis comune ē in Burgundia: vnde iste pilatus circa erat oriundus. erat enim natione lugdunēsis: vt dicit magister in historijs. Et idem dicit Josephus l. xxo antiquitatuz. pilatus autez erat eius cognomē. preses autem erat nomē officij sui: z dicitur a presidēdo qz p̄sidebat iudeis ibidē missus a romanis

UVA. BHSC. IyR_265_2

Vnc videns iudas qui eum tradidit q̄ damnatus esset: p̄ eni
tētia ductus retulit triginta argēteos principib⁹ sacerdotū et
senioribus dicens. Peccaui: tradens sanguinem iustum. At illi dixerūt
Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo recessit: z abi
ens laqueo se suspēdit. Principes autē sacerdotū acceptis argenteis di
xerunt. Non licet eos mittere in corbanam: quia pretiuz sanguinis est.
Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam pere
grinorum. propter hoc vocatus est ager ille achelde mach: hoc est ager
sanguinis vsqz in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum
est per hieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt triginta argen
teos precium appreciati quem appreciauerunt filijs israel: et dederunt
eos in agrum figuli: sicut constituit mihi dominus.

Dicit incidentaliter subditur iude desperatio: cū dicitur. Tunc videns
iudas qui eum tradidit: q̄ dānatus esset. Nec autez desperatio proce
dit ex duobus. primo ex magnitudine sceleris: tradendo ad mortem illū
cuius tantam sanctitatem expertus fuerat. Secūdo quia damnationez
suam audierat a xp̄o: vt dictū est ca. precedenti. quem sciebat prophetaz
verissimum. Penitentia ductus. Infructuosa tamen: quia erat sine spe
uente: sicut de his qui sunt in inferno. Dicitur sapientie. v. dicētes intra
se penitentiam agentes. Retulit triginta argēteos principibus. ꝛc. Ex
quo patet q̄ cupiditas sua nihil valuit sibi. sequitur. Ad illi dixerūt. qd
ad nos. Quasi dicat: non curamus si peccasti vel nō. Tu videris. Jo
est ad te pertinet videre factū tuū. Et abiens laqueo se suspendit. Ex
desperatione: z in hoc plus peccauit q̄ in tradendo xp̄m. vt dicit Hie
ronymus cui⁹ ratio est: quia in traditione xp̄i peccauit contra eius huma
nitatem directe. sed in desperatione illa peccauit directe contra eius diui
nitatem quia contra infinitatem diuine misericordie. sequitur Non li
cet eos mittere in corbanam. Corban hebraice idē est q̄ oblatio latine.
corbanā aūterat locus ad ponendū oblationes factas in templo pro re
paratione templi z alijs necessarijs. Magna igitur apparet sacerdotū ex
cecatio q occasionē xp̄i reputabāt sibi licitaz: imo tanq̄ sacrificiū deo fa

UVA. BHSC. IyR_265_2

cerent: z tamen pciū xp̄i ei⁹ reputabant nepariū z ingnū applicari ad vsus tēpli. Cōsilio aūt inito: emerūt ex eo agrū figuli. Quia ille cuius ager erat: figulus fuit. ideo sic vocatur: vel forte q̄ ibi erat terra apta ad faciendū vasa fictilia. In sepulturā peregrinoꝝ. Qui nō habebāt propriū sepulchrū. Propter hoc vocat⁹ est ager ille acheldemach ꝛc. Hoc ē dei ordinatione factū est ad memoriā perditionis iude: z passionis xp̄i. Tūc impletū est quod dictū est per Hieremiaz. Quia sm q̄ dicit Hieronymus. licet auctoritas sequēs nō sit in libro Hieremie q̄ habem⁹ tamē Hiero. vidit auctoritatem istā de verbo ad verbū in quodā libello hebrayco q̄ vocabatur esse Hieremie ꝓphete. multi enim libri ꝓphetarū nō habentur: vel li Hieremiā non est de textu. vt dicit Hiero. Nec etiā in antiquis libris ē: et tunc quod dicitur per ꝓphetā intellige re debemus zachariā. quia zacharie. xj. habetur ista sententia: licet verba aliquātulū sunt mutata. Et acceperūt triginta argenteos pciū appreciati. Joēst ipsius xp̄i. Quē appreciauerūt a filijs israel. Quia istud pciū fuit constitutū inter iudā z sacerdotes q̄ erant de filijs israel. Et dederūt eos in agrū figuli. Hoc est ꝓ agro figuli. Sicut constituit mihi dñs. Hoc ē additū ab euangelista: quia ista ꝓdicta erāt a deo ordinata.

Iesus aūt stetit ante presidem: z interrogauit eum preses dicēs Tu es rex iudeoꝝ? Dicit illi iesus, Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotū z senioribus: nihil respondit. Tunc dicit illi pilatus. Non audis quāta aduersum te dicūt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum ita vt miraretur preses vehementer.

Hic ponitur ipius p̄sentatio interrogatio. Ad cuius euidentiā consirandū: q̄ iudei accusauerūt xp̄m coram pilato de tribus vt habetur Luce xxiij. Primū fuit q̄ subuertebat gentē iudeoꝝ a cultu legis. Secūdū q̄ auertebat populū a redditiōe tributi imperatori romano. Tertio q̄ dicebat se esse regē: z sic volebat sibi vsurpare regnū. De ꝑmo nō curauit pilatus: q̄ erat homo gētilis. z ideo non curabat de obseruatiōe seu violatione iudaice legis. Sicūdū sciebat esse falsum: q̄ audiuerat a xp̄o responsum fuisse iudeis. Reddite q̄ sunt cesaris cesari ꝛc. vt supra habitū ē. xxij. De tertio aūt interrogauit ip̄m xp̄m q̄ cōtra imperatorē videbatur esse directe: q̄ aliqs diceret se esse regē iudeoꝝ q̄ seruiebāt imperatori romano sub tributo: ꝓpter quod romani abstulerant a iudeis nomē regni a tēpore Pōpei. Et hoc est quod dicitur hic. Et interrogauit eū p̄ses dicēs. Tu es rex iudeoꝝ? Dicit illi iesus: tu dicis scilicet veritatem: quia non

UVA. BHSC. IyR_265_2

negauit se esse regem sed magis consensit. Verūtamen exposuit dictuz suum dicens. Regnum meū non est de hoc mūdo vt habetur Joannis xviij. Et in hoc satisfecit pilato: quia regnū imperatoris esse non potest nisi in hoc mundo. Et sic regnū xpi non erat contrariū imperatori. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum z senioribus. De alijs que dicta sunt que expressius tangūtur. Luce. xxiij. Nihil respondit. Tūc quia manifeste falsa erant z responsione indigna: tunc quia volebat adimplere illud quod erat scriptum de eo ysaye. liij. sicut agnus coram tondente se obmutescet et non aperiet os suum. Tunc dixit pilatus. ꝛc. Eadem ratione non respondit ei z iterum quia nolebat impedire passionez suam. Sequitur. Jta vt miraretur preses vehe. De xpi patientia sic tacendo: cū omnia q̄ cōtra eum dicebātur posset exsufflare vno verbo.

p Er diem aūt solennē consueuerat pīses populo dimittere vnū vinctū quē voluissent habebat aūt tūc vinctū insignez q dicebatur barabas. Cōgregatis ergo illis pilatus dixit. Quē vultis dimittā vobis barrabā an iesuz q dicitur xp̄s? Sciebat enim. q per inuidiā tradidissent eū.

Hic consequenter ponitur innocētie xpi declaratio. Et primo ostēditur eius innocētia. Secūdo iudeorū resistentia. ibi principis aūt. Prima in duas q innocētia xpi primo declaratur de verbo iudicis. Secūdo ex testimonio sue vxoris. ibi sedēte aūt. Ad euidētiā p̄me partis aduertēdū. q in festo iudeorū cōcessum erat romanis vt in solēnitate paschali dimitteretur vnus incarceratus p̄ volūtatem eorum in memoriā liberationis eorum de egipto. Quia in solennitate paschali fiebat memoria illi⁹ beneficij. Pilatus autem sciebat eos cupidos de obseruanda illa consuetudine. Ex altera parte volebat christum liberare: ideo proposuit eis opinionem dicens: q̄ liberaret eis iesum vel barrabam et nullum aliū. Per hoc subtiliter credens liberare christū de consensu eorum. Quia non credebat aliquo modo q̄ peterent liberationem barrabe: quia erat homicida et seditiosus et pessimus. vt habetur Luce vicesimo tertio. et ideo credebat q̄ preeligerent liberationem iesu. Et hoc est quod dicitur. Per diem aūt solēnem. Nō quēcum q̄z sed in solēnitate paschali: vt dictū est. Cōsueuerat pīses po. di. Dicitur autem hic insignis non nobilitate generis sed ex famositate sui criminis: quia z bonum ad mala trāsferimus. vt dicitur quinto methaphisice: sicut aliquis dicitur bonus latro ita potest dici insignis sequitur. Quē vultis dimittam vobis barrabā an iesuz. ꝛc. Quasi diceret nullum aliuz habebitis: et per hoc credebat

UVA. BHSC. IyR_265_2

liberare ieſuz vt dictū eſt: cuius ratio ſubditur. Sciebat eniz q̄ per inui
deā tradidiſſent eum. quia publice arguebat vicia ſacerdotū z phariſeorū.

Sedēte autē illo p̄o tribunali: miſit ad eū vxor eius dicens. Nil tibi
z iuſto illi: multa eniz paſſa ſum hodie per viſum p̄opter eum.

Hic declaratur innocētia x̄pi per teſtimoniū vxoris pilati. Ad cuius
euidētiā ſciendū q̄ diabolus qui captionē x̄pi procurauerat per iudeos:
per aliqua ſigna perpendit q̄ ipſe eſſet vere x̄ps z per cōſequens q̄ per
eius mortem ſpoliaretur infernus. Vocaūt perpēdit per eius patientiā
et per ſcripturarū impletionē. Et forte per ſanctorū patrū in limbo exiſtē
tiū exultationē: z ideo mortē x̄pi impedire volebat per vxorē pilati: cui⁹
preces efficaces credebat in cōſpectu viri ſui. Et hoc eſt q̄ dicitur hic.
Sedente aūt eo p̄ tribunali. Judicādo. ſ. x̄pm. Miſit ad eū vxor eius
di. n. t. z tu. illi. Quaſi diceret nullo modo condēnes eū: ſed magis eū
dimitte. Multa enim. pa. ſum per. vi. propter eū. Quia diabolus appa
ruerat ei mouens eā terroribus ad liberationē x̄pi. Vtrū aūt talis appa
ritio fuerit ei facta in ſomno vel vigilia expreſſe nō habetur hic. Videtur
tamen quod fuerit ei facta in ſomno: per hoc q̄ hic dicitur per viſum. x̄ps
enim fuit p̄ſentatus pilato valde mane: vt dictum in p̄ncipio huius
capituli. Et ideo probabile eſt q̄ vxor eius adhuc iacebat in lecto: quia
domine non ſolent ita mane ſurgere ſicut viri ſui.

P Rincipes aūt ſacerdotū z ſeniores perſuaſerūt populis vt pe
terēt barrabā: ieſuz vero perderent. Reſpōdens aūt p̄ſes ait illis. Quez
vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerūt barrabaz. Dicit illis pila
tus. Quid igitur faciā de ieſu q̄ dicitur x̄ps? Dicūt oēs: crucifigatur. Ait
illis p̄ſes: qd. n. mali fecit? At illi magis clamabāt dicētes crucifigatur.

Deſcripta x̄pi innocētia. Hic ſubiūgitur iudeorū reſiſtētia: in tantuz
eniz odiebāt eū q̄ preelegerūt liberare hominē peſtiferū ne x̄ps liberare
tur. z hoc ē quod ſubditur hic. Principes ſacerdotū z ſeniores perſua
ſerūt populo falſas rationes inducēdo. Vt peterēt barrabā. ꝛc. et patet
vſqz ibi. Quid. n. mali fecit? Quaſi diceret non allegatis cauſam ſuffi
cientem ſue mortis. At illi magis clamabant. Per clamorem autem z
tumultum populi voluerunt obtinere q̄ nō poterāt habere per rationē
dicētes. Crucifigatur. Joeſt morte turpiſſima et acerbiſſima moriatur.

UVA. BHSC. IyR_265_2

Joens autē pilatus quia nihil proficeret sed magis tumultꝰ fieret: accepta aqua lauit manus coram populo dicens. Innocens ego sum a sanguine huius iusti vos videritis. Et respondens vniuersus populus dixit. Sanguis eius super nos ⁊ super filios nostros. Tunc dimisit illis barrabam: iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc milites presidis suscipientes iesum in pretorio: congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: et exuentes eum clamidem coccineam circumdederunt ei. Et plectentes coronaꝫ de spinis posuerunt super caput eius: ⁊ arundinem in dextera eius: ⁊ genu flexo ante eum illudebant ei dicentes. Aue rex iudeorum: et expuentes in eum

Acceperunt arundinem ⁊ percutiebant caput eius.

Declarata christi innocentia vt visum est. Hic ponitur ipsius innocentis iniusta condemnatio: que processit ex parte iudicis ex timore nesi dimitteret eum contra clamorem populi accusaretur postea ad cesarem et hoc est quod dicitur hic. Videns autem pylatus qꝫ nihil proficeret ostendendo christi innocentiam ad eius liberationem. Sed magis tumultus fieret. Populi scilicet clamantis ad contrarium per seductionē sacerdotum vt visum est. Accepta aqua lauit manus coram populo. Ad hoc vt iudei totum peccatū super se acciperent: et ipse imunis esset a peccato. sed hoc non suffecit ad omnimodam eius excusationem, quia cuꝫ esset iudex: tenebatur ex officio seruare iusticiam. Et ideo grauiter peccauit faciendo contra eam: ad habendum populi fauorem. minus tamen pecauit qꝫ iudei: quia eius motuum fuit minus malum. Judei enim ad occidendum xpm moti sunt per rancorem ⁊ odium. pilatus autem propter timorem cesaris: ⁊ fauorem iudeorum habendū. Tunc dedit illis barra. Facta resposione a iudeis qꝫ totum peccatum reciperēt super se et filios suos. Jesum autez flagellatum tradidit eis. ⁊c. Licet ista flagellatio xpi ponatur hic post sententiam iudicis: tamen fuit ante facta. vt habetur Joannis decimo nono. quia ad hanc intentionem cuꝫ precepit pilatus flagellari: illudi: vt iudei essent saciati sanguine eius videntes eum sic punitum: etiam vltra condignum. Et ideo ponitur hic quasi per recapitulationem. Tunc milites. Idest post flagellationem

UVA. BHSC. IyR_265_2

immediate ꝛ ante sententiam. Suscipientes iesum in pretorio. ꝛc. Vt magis illi illuderent in loco patenti ꝛ coram multitudine. Et expuentes eum. Scilicet vestimentis suis. Clamidem coccineam. Joest rubeam in similitudine purpure qua vtuntur reges. Circundederunt illi. Jpm vestiendo. Et plectentes coronam de spinis. Joest iuncis marinis ad modum spinarum acutis. Et ego qui hec scripsi: audiui a quodam qui fuerat vltra mare cum sancto Ludouico rege frācie: q̄ in littore maris senserat pūcturas iuncorū per sotulares inter medios. Posuerunt super caput eius. Pro similitudine corone regie. Et arundinem in dextra eius. Pro sceptro regio. Et genu flexo ante eum illudebant ei. Facto: Similiter ꝛ verbo. vnde sequitur. Dicentes: aue rex iudeorū Quasi dicerent voluisti regnare ꝛ non potuisti Et sic eorū illusio accusationi iudeorum respondebat. Et expuentes eum tanq̄ in personam cōtēptibilem ꝛ vilem. Acceperunt arundinem. De manu eius. Et percutiebant caput eius. Et ratione contemptus: ꝛ ratione doloris infligendi. quia ex tali percutione aculei corone intrabant caput eius.

E T postq̄ illuserunt ei exuerunt eum clamide: et induerūt eum vestimētis eius; et duxerunt eū vt crucifigerent. Exeūtes aūt inuenerūt hominē cyreneū nomīe symonē hūc angariauerūt vt tolleret crucē eius. Et venerunt in locum q̄ dicitur golgota: quod ē cauarie locus.

Postq̄ descripta est ipsius christi condemnatio iniusta. Hic ponitur inique sententie executio: et primo ponitur ipsius xp̄i iudicati crucifixio Secūdo crucifixi illusio. ibi pretereūtes. Tertio illius expiratio. ibi a sexta aūt hora. Circa xp̄i crucifixionē quattuor tanguntur. loci vilitas. iudeorum crudelitas. ibi ꝛ deuerūt. militū cupiditas. ibi postq̄ aūt. latronū societas. ibi tunc crucifixi sunt. Circa primū dicit sic. Et postq̄ illuserūt ei exue. eū clami. Quia clamidem illam coccineā imposuerant sibi soluz ad illudendū eum sicut regez falsum. Et induerunt eum vestibus eius. Quibus spoliauerant eum vt predictum est. Et hoc fecerūt vt ductꝰ ad mortem magis cognosceretur in propria veste q̄ in aliena. Exeuntes autē inuene. ꝛc. Hoc non est cōtra id quod dicitur Joan. xix. Et baiulans sibi crucē. ꝛc. Jpse enim primo portauit crucem suam quando exiuit de domo pilati. vt dicit Joan. Sed quia erat fatigatus ex precedenti labore ieiunij ꝛ vigilijs. Ideo milites cogerunt symonem ad portandū eiꝰ crucē: vt citius posset venire ad locū crucifixiōis vt dicitur hic. Et venerūt i locū q̄ dicitur golgota quod ē cal.lo Jlle locꝰ nō ē sic nomi

UVA. BHSČ. IyR_265_2

natus a caluaria ade ibi sepulti: vt dicunt aliqui. quia adam fuit sepultus in embrō: vt habetur iosue. xiiij. propter q̄ embrō dicebatur antiquitus cariatharbe. i. ciuitas quattuor quia quattuor magni patriarche sunt ibi sepulti cū vxoribus suis. s. adam ⁊ eua: abrahā ⁊ sara: ysaac ⁊ rebecca: iacob ⁊ lya. Dicitur ergo caluarie locus q̄ locus ille erat plenus capitib⁹ mortuorū qui ibi decollabantur: quia ibi malefactores puniebantur. et sic patet loci vilitas in quo christus crucifixus est.

e Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. et cum gustasset noluit bibere.

Hic consequenter ponitur iudeorum crudelitas: cum dicitur. Et dederunt ei vinū cū felle mixtum. Joannes aūt dicit: q̄ dederūt ei acetum. Ad euidentiā aūt huius considerandū. q̄ aliqui dicunt hoc esse factum vt citius moreretur. ⁊ sic milites de eius custodia citius expedirētur. q̄ debebant eum custodire quousq̄ expirasset. Dicūt enim q̄ existētes in tormento si potentur aceto citius moriūtur: sed hoc non videtur multū probabile: quia acetū est frigidum: et per cōsequens videtur magis mortem taliū differre. propter quod aliter dicendum est. Scribitur enim in quodā libro hebraico: qui apud eos intitulatur liber iudicū ordinariorū q̄ quia salomon dixerat prouerbiorū. xxxj. Date siceram. Jdest potum inebriatiuū merentibus: ⁊ vinū his qui amaro sunt animo: vt bibant et obliuiscantur egestatis sue: ⁊ doloris sui non recordentur amplius. ideo ex occasione huius verbi seniores iudeorū statuerāt: vt condēnatis ad mortem daretur vinum aromaticū ad bibendum: vt facilius tollerarent passionem. Jn hierusalem autem erant matrone deuote ⁊ compassiue que hoc vinum dabant ex deuotione. Judei ergo ex nimia crudelitate moti tale vinum datū pro xp̄o ⁊ alijs duobus cum eo crucifixis acceperunt sibi s̄m q̄ dictū erat Amos. ij. vinum damnatorū bibebāt. ⁊ in loco eius posuerūt acetū cum felle mixtum. Et cū gustasset noluit bibere. Marcus dicit. et non accepit: quia non accepit ad bibēdum: sed solum ad gustandū modicū: vt sic impleretur in eo quod scriptū est in. p̄s. Dederunt in escam meam fel: et in siti meo potauerunt me aceto.

p Ost q̄ autem crucifixerunt eum: diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes. vt impleretur quod dictum est per prophetā dicentē. Diuiserūt sibi vestimēta mea: ⁊ super vestem meam miserūt sortem. Et sedētē seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius cau

UVA. BHSC. IyR_265_2

sam ipsius scriptam. Hic est Iesus rex iudeorum.

Hic ponitur militum crucifigentium cupiditas: in hoc quod abstu
lerunt sibi vestimenta sua omnia: cum tamen damnatis ad mortē dimit
tatur aliquod vestimētum ad carnis sue operimentuz. Et hoc est quod
dicitur. Diuiserunt sibi vestimenta eius. In quattuor partes ꝑm q̄ dici
tur Joan. xix. quia quattuor erant milites ipsum crucifigentes. Sortē
mittentes. Ista sors fuit missa super tunicam dominiinconsutilem: que
erat facta quasi reticulato opere: z ideo non poterat bene diuidi: cuz non
haberet aliquā futuram: et ideo miserunt sortes quis haberet eam inte/
gram. Vt adimpleretur quod dictum est per prophetaz. Diuiserūt sibi
vc. Secūduz hiero. istud nō est in textu mathei: nec est in antiquis libris
sed tantū in euangelio Ioannis. Expositio tamen huius auctoritatis pa
tet ex dictis. Et sedentez ser. eū. Ne aliquis raperet eum de cruce. Et
imposuerūt super caput eius causam ipsius scriptam. Iste erat modus
iudeoruz: q̄ super capita crucifixorum ponebatur causa condemnatio
nis ipsorum. Ipse autem acculatus fuerat q̄ sibi volebat vsurpare re/
gnum iudeorum vt visum est.

t Vnc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus a dextris: et
vnus a sinistris.

Hic describitur latronū societas. Ad hoc enim crucifixi sunt cū xp̄o
ex intentione iudeoruz: vt xp̄s videretur particeps z magister in male/
factis eorum: sed ex intentione dei hoc permittentis factuz est: vt imple
retur quod de xp̄o scriptuz erat. Ysaie. liij. Et cū sceleratis reputatus est.

p Retereuntes autez blasphemabant eum: mouētes capita sua
z dicentes. Vah qui destruis templum dei: et in triduo illud
reedificas: salua temetipsum. Si filius dei es: descende de cruce. Si/
militer z principes sacerdotum illudentes cum scribis et senioribus: di
cebant. Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. Si rex isra
el est descendat nunc de cruce: z credimus ei. Confidit in deo: liberet
nunc eum si vult. Dixit enim: quia filius dei sum. Ipsum autem z la
trones qui crucifixi erant cum eo: improperabant ei.

c

UVA. BHSC. IyR_265_2

Hic describitur ipsius christi crucifixi derisio: quia primo fuit derisus a pretereuntibus: hoc est a vulgaribus hominibus circa locum crucis concurrentibus: dicētibus. Vah. Interiectio est insultantis seu deridētis. Qui destruis templum dei. ꝛc. Imponebant enim sibi q̄ hoc dixerat: sed hoc falsum erat. vt visum est ca. precedenti. Salua temetipsum. Quasi dicerent: non potes. ex quo patet. falsitas tua. Secūdo fuit derisus a sacerdotibus: et hoc est quod dicitur. Similiter ꝛ principes sa. cū lu. cū scribis. Idest legis peritis. Et senioribus. Idest iudicibus ordinarijs. Dicebant, alios saluos fecit. Quasi dicat non est verum: quia si posset facere talia: saluaret semetipsum. Si rex israel est. Nō quicūq̄ sed messias promissus in lege. Descendat nunc de cruce. Quia alij reges non possent talia facere. Et credimus ei. Falsum dixerunt: quia maiora fecit quando lazarum suscitauit: ꝛ quando post mortē de sepulchro surrexit. Ettamen non crediderunt ei. Tertio fuit derisus a latronibus. et hoc ē quod dicitur Idipsum. Idest verba premissa: Et la. impro. eū. Contrarium videtur Luce. xxiij. vbi dicitur. q̄ vnus increpabat eum: alter autem rogabat eum dicens. Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. Dicendum q̄ matheus loquitur ſm modū loquēdi quo societas dicitur aliquid facere quando vnus de societate hoc facit. Vel aliter dicendum q̄ vterq̄ improperauit pro christo: sed alter videns postea pacientiam christi penituit ꝛ misericordiam petijt: et sic inuenit.

S Exta autem hora tenebre facte sunt super vniuersam terram vsq̄ ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit ihesus voce magna dicens. Heli heli lamazabatani: hoc est deus meus: deus meus; vt quid dereliquisti me. Quidam autem illic stantes et audientes dicebant: heliam vocat iste. Et cōtinuo currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto ꝛ imposuit arundini ꝛ dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant: sine videamus an veniat helias liberans eum. Ihesus autem iterum clamans voce magna: emisit spiritum.

Hic consequenter describitur ipsius x̄pi crucifixi ꝛ dersi expiratio. vbi primo notatur perturbatio elementorum quasi christo morienti cōpatientū. Secūdo confessio assistentū. ibi cēturio aūt. Prima in duas q̄ primo describitur perturbatio corporū superiorū. Secūdo inferiorū

UVA. BHSC. IyR_265_2

ibi. z ecce velũ. Circa primũ dicit sic. A sexta hora tenebre facte sunt. ꝛc. Hieronymus dicit super istuz locũ: q̃ iste tenebre fuerũt facte per retractionez radiorũ solis diuina virtute. Origines aũt dicit q̃ hoc factũ est per interpositionem nubiũ densarum. Sed in hoc magis credendũ est Dyonisio qui dicit in epistola ad Policarpũ: hoc fuisse per interpositionẽ lune inter terrã z solem sicut fuit in eclipsi solis: et ibidem dicit: q̃ ipse hoc vidit tunc existens in egipto vbi est aeris puritas: q̃ rarissime fiunt ibi nubes z pluuie. Propter quod talia potuit tunc magis perpendere vidit ergo vt dicit lunam ab oriente ascendentẽ ver sus meridiẽ: z supponentẽ se soli. Hieronym⁹ aũt z Origenes nõ loquũtur de illa eclipsi asserendo q̃ sic fuerit vt dicũt: sed potuit sic fieri. Ex dictis patet q̃ illa eclipsis nõ potuit naturalis esse sed miraculosa, z hoc multipliciter. Primo q̃ luna erat .xv. vt patuit' capitulo precedẽti; et tunc luna distabat a sole per diametrum celi: eclipsis aũt solis non potest fieri naturaliter nisi tempore coniunctionis solis z lune. Propter quod dicit dionisius q̃ mirabatur: quia non erat tempus conueniens ad talem coniunctionẽ. Secũdum miraculum fuit ibi quia transacta eclipsi luna rediit ad orientem: ita quod in vespere fuit in oriente sole existente in occidente: z sic orbes corũ sunt ad pristinum statũ restituti. Tertium miraculum fuit quia pars orientalis solis primo fuit obscurata: z iteruz vltimo illuminata. Contrario aũt modo fit in eclipsi naturali. Super vniuer. ter. Dicaccipitur pars p toto: eclipsis enim solis nõ pot esse vniuersalis: z ppter hoc quãdo dicitur super vniuersam terrã. intelligẽdũ est de terra iudee Vsq; ad horã nonã. Ex quo patet q̃ luna fuit immobilis sub sole per tres horas: z hoc fuit quartũ miraculũ illi⁹ eclipsis. Nã in naturali eclipsi luna cõtinue mouetur sub sole. Et circa horã. no. cla. iesus vo. magna dicẽs. Heli heli lama za. Hel. in hebreo idẽ est quod deus: iota littera hebraica adiuncta facit signare cũ hoc meus: z ideo heli idẽ est q̃ deus meus. lama vna dictio est per se: z idẽ valet q̃ quare in latino. zabathani nõ est vera littera: quia nõ significat idẽ q̃ dereliquisti me: sed debet pponi ibi q̃dam littera q̃ vocatur ayn: z sonat sicut a formatũ in gutture: vnde debet sic scribi Azabatani: z tunc significat idẽ q̃ dereliquisti me. sed peignorantiã scriptorũ corrupta est littera in latinis libris. Dicit aũt xp̃s se derelictũ a deo patre quia dimittebat eum in manibus occidentium. Quidam autem illic stantes. Scilicet milites ipsum custodientes: qui erant gentiles: propter quod linguã hebraicam ignorabant dicebant. Heliam vocat iste. Letera patent vsq; ibi. Jesus aũt iterum clamans voce magna emisit spiritũ. Ex quo patet q̃ illa vox non fuit naturalis: sed miraculosa. quia homo magno cruciatu z lõgo affuctus: z ex tali afflictione mortis sic proximus: non posset sic clamare virtute nature.

UVA. BHSC. IyR_265_2

e Tecce velum templi scissum est in duas partes: a summo vsq; deorsum. Et terra mota est: et petre scisse sunt: et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius: venerunt in sanctam ciuitatem: et apparuerunt multis.

Hic secundo declaratur peturbatio elemẽtorũ inferiorum: quia ad motum terre z aeris velum templi scissum est. Illud autem velum erat ẽm aliquos in introitu templi: phibens aspectum eorum que erant intra templum. et ideo per talem scissionem declarata est impletio veritatis in morte xpi: que latebat in figuris veteris testamenti. Secũduz alios vero nõ fuit velum quod erat in introitu templi: sed velũ quod erat intra templum: inter sanctum et sanctum sanctorum. Et scissio eius idẽ significat quod prius dictum est: z hoc dicunt cõmunius doctores. De vtroq; vero velo dictũ fuit plenius exodi. xxvj. Et terra mota est. Quasi non potens sustinere mortem xpi. Et petre scisse sunt. In signũ huiꝰ q corda quantumcumq; dura deberẽt xpo morienti compati. Et monumenta aperta sunt. Ex terremotu ad denotandum q resurrectio christi ꝓpinqua erat: z aliorum cum ipso resurgentium. Et multa corpora sanctorum q dormierant surrexerunt. Non tunc quando monumenta aperta sunt scilicet hora mortis xpi: sed postea quãdo surrexit: quia cum eo surrexerunt tanq̃ testes sue resurrectionis. et hoc est quod subditur.

Et exeun. de mo. post resurrectionem eius. idest xpi. Venerunt in sanctam ciuitatem idest hierusalem que dicebatur sancta propter templum diuino cultui deputatum quod erat ibi. Et apparuerunt multis. Ad declarationem dominice resurrectionis.

c Enturio autem z qui cum eo erant custodientes iesum viso terremotu et his que fiebant: t muerunt valde dicẽtes. Ve re filius dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multe a longe que secute erant iesum a galilea ministrantes ei: inter quas erat maria magdalene et maria iacobi: et ioseph mater: et mater filiorum zebedei.

Hic ponitur assistentium confessio. Et primo centurionis z sue societatis que videntes signa predicta in morte xpi confessi sunt veritatez fue

UVA. BHSC. IyR_265_2

diuinitatis dicentes. Vere filius dei erat iste. Et per consequens eiusdem nature cum eo. Secūdo ponitur confessio mulierum deuotarum que confitebantur eum facto inquantū asistebāt ipsi morienti: quod nō audebant facere apostoli: quia solus Joannes legitur ibi stetisse: et hoc est quod dicitur. Erant autem ibi mulieres multe a longe. Cōtrarium videtur Joan. xix. vbi dicitur ꝙ stabant iuxta crucem. Dicendū ꝙ erāt longe respectu militum xp̄m crucifigentium ⁊ custodientiuz. Sed prope erant respectu aliorum astantiū: nō erant enim ita longe quin possent eum loquentem audiere quādo dixit matri sue: mulier ecce filius tuus ⁊c. Que secute erant iesum a galilea. Ex deuotione quam habebāt ad audiendum verbū eius. Ministrantes ei. Necessaria vite sue de facultatibus suis. Iste enim erat mos iudeorū: ꝙ necessaria vite administrabant doctoribus. Inter quas erat maria magdalene. Sic nominata a magdalo castello. Et maria iacobi: et ioseph mater. Ista erat soror marie matris christi. Et mater filiorū zebedei. scilicet Jacobi ⁊ Joannis.

c Vm aūt sero factum esset: venit quidam homo diues ab arimathia nomine ioseph: qui ⁊ ipse discipulus erat iesu. Hic accessit ad pilatum et petijt corpus iesu. Tunc pilatus iussit reddi corpus: ⁊ accepto corpore ioseph inuoluit illud in sindone munda: ⁊ posuit illud in monumento suo nouo quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad hostium monumenti ⁊ abijt. Erat autez ibi maria magdalene: ⁊ altera maria: sedentes contra sepulchrum.

Hic describit ipsius christi mortui deuota tumulatio. vbi duo ponuntur. Primum est sepilientiū deuotio. Secundū iudeorum malignantiū machinatio. ibi altera autē die. Circa primū aduertendū: ꝙ licet mors xp̄i fuerit ignominosa: vt patet ex predictis. sepultura tamen eius fuit nobilis ⁊ sumptuosa. Cuius ratio est: quia passibilitatē ⁊ humanitatem assumpsit xp̄s propter nostram redēptionem. Et ideo ip̄a completa in sua morte: predicta debuerunt cessare: et ea que sequebantur quodam modo ad gloriam sue resurrectionis pertinere. Vtrumqz autem fuerat predictuz per ysayā prophetā de turpitudine mortis eius ysaye. liij. Tanq̄ ouis ad occisionem ducetur. ⁊c. et sequitur ibidem. Cum sceleratis reputatus est. De nobilitate sepulture eius dicitur Ysaye. xj. Radix iesse

UVA. BHSC. IyR_265_2

qui statim signum populorum ipsum gentes deprecabuntur: & erit sepul
chrum eius gloriosum. Hoc est ergo quod dicitur hic. Cū sero factum
esset. Quia circa vesperā ferie sexte depositus est de cruce.. Venit qui
dam homo diues. Et propter hoc potuit de facili accedere ad pilatum
et quia erat nobilis & vnus de curia vt habetur Luc. xxiij. Ab arima/
thia. Ista est ciuitas que primo regum dicitur ramatha. De qua fuit ori
undus samuel. Nomine ioseph. Nomen autem eius exprimitur q̄
erat homo famosus. Qui ipse discipulus erat iesu. Occulte tamen
ne expelleretur de synagoga: quia ꝑm q̄ dicitur Joannis. xij. Ex princi
pibus multi crediderunt in iesum sed propter phariseos non confitebā
tur ne de synagoga eiicerentur. Hic accessit ad pilatum. Deposito enim
timore confidenter petijt corpus iesu ad sepeliendū honorifice. Tunc
pilatus iussit reddi corpus. Tum quia ioseph erat homo valens & nobi
lis propter quod pilatus petitioni eius voluit acquiescere: tum quia scie
bat xp̄m crucifixum iniuste: Et accepto corpore ioseph inuoluit illud
in sindone munda. Hoc est in panno lineo mundo: propter quod corp⁹
xp̄i non consecratur in altari super pannum sericum sed lineum: quia
corpus xp̄i in sepulchro tali panno fuerat inuolutus. Et posuit illud in
monumento. scz. quod erat sumptuose factum. Nouo. quia si aliquis
fuisset ibi ante sepultus calumniari posset a iudeis q̄ ille surrexisset et
non xp̄s. Quod excederat in petra. Eadem ratione factum est hoc ne
si christus fuisset sepultus in terra diceretur a iudeis: q̄ discipuli rapuis/
sent corpus eius fodientes in terra de subtus per viam subterraneam.
Et aduoluit saxum magnum. Quod non posset de facili amoueri ne ali
quis veniens posset rapere corpus christi. Ad hostium monumenti.
Monumentum illud factum erat ad modum cuiusdam domūcule in
cuius medio erat sepulchrum: & in domuncula erat quoddaz hostiolū
ad habendum illuc ingressum. Erat autem ibi magdalene: altera ma
ria. Assistentes sepelientibus christum ex deuotione. ad videndum qua
liter possent reuerti ad ipsum inungendum.

8 Altera autem die que est post parasceuē: conuenerunt princi
pes sacerdotum & pharisei ad pilatum dicentes. Domine re
cordati sumus: quia seductor ille dixit adhuc viuēs: post tres dies resur
gam. Jube ergo custodiri sepulchrum vsqz in tertium diem: ne forte ve
niant discipuli eius & furentur eum & dicant plebi surrexit a mortuis: et

UVA. BHSC. IyR_265_2

eritnouissimus error peior priore. Ait illis pilatus: habetis custodiā sicut scitis. Illi autē abeuntes munierunt sepulchrum signantes lapidem cum custodibus.

Hic ponitur iudeorum machinatio: quia impetrauerunt custodiri sepulchrum ne discipuli christi raperent corpus eius et diuulgarent eum resurrexisse. Sed quia non est consilium contra deum. vt dicitur prouerbiorum. xxj. ideo factum iudeorum magis fecit ad oppositū. scilicet ad certitudinem dominice resurrectionis quia ab ipsis custodibus testificata est vt habetur sequenti capitulo. Et hoc est magnum scilicet habere testimonium ab aduersarijs. Dicit ergo. Altera die que est post parasceuē Idest sabbato: qui feria sexta in qua passus est christus dicta est parasceues. idest preparatio: quia illa die parabantur cibaria pro sequenti die. In crastino igitur dominice passionis. Conuenerunt principes sacer. et pharisei ad pilatum. &c. et patet usq; ibi. Ait illis pilatus habetis custodiam. Idest concedo accipiatis milites ad custodiendum eum pro voluntate vestra. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrū. Militibus armatis. Signantes lapidem. Sigillo suo ne aliquis possit ingredi sine scitu eorum. Deo gratias.

Impressum Salmantice per Joannem gysser Alemanum de Silgēstat Anno salutis. M.cccc.xj. die vero Januarij penultima.

UVA. BHSC. IyR_265_2

UVA. BHSC. IyR_265_2